

Band V., Nr. 1469, Seite 235-236

Der Reichsdienstmann Schenk Heinrich von Schmalegg verkauft mit Zustimmung seines Lehensherrn Grafen Hartmann von Grüningen und aller beteiligten Verwandten das von dem Grafen zu Lehen gehende Vogtrecht an der Kirche zu (Ober-)Eschach unter Einsetzung seines Weilers Urlau mit dem Patronatrecht und seines Hofes Bitzenhofen als Unterpfand für die Sicherheit des Verkaufs um 124 Mark Silber an das Kloster Weißenau.

Weißenau, 1258.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Hainricus pincerna dictus de Smalnegge, ministerialis aule imperialis, omnibus presentium inspectoribus noticiam subscriptorum. Ne contractus bone fidei nimia pereant vetustate, solent scripturarum karacteribus insigniri. Noverint igitur tam presentes quam futuri, quod ego Hainricus pincerna dictus de Smalnegge de voluntate et consensu nobilis viri domini Hartmanni comitis dicti de Grvningen, a quo in feodum tenui ius advocatie ecclesie in Aschah aput Rauensburc, nec non de voluntate fratrum meorum, Cvnradi de Wintersteten et Rvdolfi et Hermannii laicorum, Eberhardi et Vlrici canonicorum Constantiensis et Augustensis ecclesiarum et filiorum meorum Cvnradi et Hainrici et omnium heredum meorum predictum ius advocacie in ecclesia Ascah aput Rauensburc vendidi et tradidi libere ac absolute absque dolo omni et fraude reverendis in Christo Hainrico abbati et conventui Augie minoris sancti Petri aput Rauensburc pro centum et viginti quatuor marcis argenti cum omni iure et consuetudine, quam in predicta ecclesia nomine iuris advocacie tenui, possedi vel possidere potui et debui, perpetualiter ac pacifice possidendum, renuntians pro me et filiis meis supradictis et fratres mei Cvnradius, Rvdolfus et Hermannus laici, Eberhardus et Vlricus canonici, pro se ipsis renuntiantes et omnibus heredibus nostris omni exceptioni iuris canonici vel civilis nec non consuetudinis et precipue exceptioni non numerate pecunie et omnibus aliis exceptionibus, ex quibus prefatis dominis abbati et conventui posset aliquod circa predictam venditionem preiudicium generari, adiciens, ut si forte, quod absit, predictum ius advocacie a iam dictis dominis abbati et conventui evictum fuerit quoquo modo, quod idem dominus abbas et conventus nomine evictionis villam nostram Vrnove cum iure patronatus et curiam nostram Bizenhouen, que ad nos iure proprietatis pertinent, cum omnibus possessionibus, redditibus et iuribus, que in dictis villa Vrnove et curia Bizenhouen possidemus, nomine proprietatis perpetuo teneant sine nostra et cuiuslibet reclamacione, quod etiam presentibus confitemur publice et protestamur, renuntiantes similiter in premissis omni iuris beneficio, sicut prius. Et ne super

II

premissis aliqua valeat dubitatio exoriri, presens instrumentum sigilli venerabilis patris domini E. dei gratia Constantiensis episcopi et nostrorum, qui sigilla habere consuevimus, et Hainrici de Rauensburc et Hainrici camerarii de Bigenburc imperialis aule ministerialium munimine roboravimus. Nos E. dei gratia Constantiensis episcopus sicut^a alii, quorum sigilla sunt presenti instrumento appensa, ad petitionem sepedicti Hainrici pincerne fecimus appendi etiam nostrum sigillum, ut ea, que superius enarrata sunt, possint melius comprobari.

 Acta sunt hec anno domini millesimo ducesimo quinquagesimo octavo, indictione secunda¹, presidente apostolice sedi Alexandro III^o, vacante Romano imperio, in Augia sancti Petri apud Rauensburc, multis coram astantibus et videntibus, quorum nomina presenti pagine decrevimus insigniri, videlicet Hainricus de Berge, C̄vnradius dictus Bozzo, plebanus de Aschach, Herbordus plebanus de Zogenwilar, ^b de Bussen, Albertus de Liebenowen, Bertholdus de Zil², Burchardus de Tobil, Hoigir de Engerdewilar³, C̄vnradius de ⁵, Dietricus de Nivurvn, ministeriales aule imperialis, V̄lricus de Wilar⁶, Eberhardus de Sarchenwilar⁷, Bertholdus Selbherre, Hainricus Stier, C̄vno de Wagenbach, Gerlohus et R̄vdegerus de Emilnhoven^c, Helnhart de Haiminhouen, Hildebrandus de Krachenvels⁸, milites, Lvdewicus minister de Biberach, Livtrammus de Ertingen.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An rot-, grün-, blau-, gelb-weißen Seidenfäden fünf Siegel: 1) Das Siegel des Bischofs Eberhard von Konstanz. 2) Das spitzovale Siegel des Konstanzer Kanonikers Eberhard, 48,30 mm (IV. A. 2): Eine stehende, wie es scheint, weibliche Figur, in der Rechten einen Palmzweig, in der

^aDieses Wort ist über der Zeile von derselben Hand eingeschrieben.

^bFür den Vornamen ist Raum gelassen.

^cEs findet sich in diesem Worte eine Korrektur und scheint ursprünglich *Emihihoven* gestanden zu sein.

¹Somit, wie auch in den folgenden Fällen, unter Berücksichtigung der sogenannten *indictio Bedana*, da die Indiktion I im allgemeinen dem Jahr 1258 entspricht, erst in der mit dem 24. September beginnenden kleineren Hälfte dieses Jahres.

²Schloß Zeil.

³Vielleicht Engetsweiler oder auch Engetweiler.

⁵Neufrach, vgl. Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...] 35 (1883), S. 507.

⁶Welches der verschiedenen Weiler der Gegend hier gemeint sei, ist nicht sicher zu entscheiden.

⁷Sarchenweiler, vgl. Württembergische Jahrbücher für vaterländische Geschichte, Geographie und Topographie, Stuttgart 1822-63, Jg. 1880, Suppl.Bd., S. 133.

⁸*Krachenvels*, unermittelt.

III

Linken einen Schlägel, unter ihr ein Wappenschild, dessen Wappen jedoch nicht mehr erkennbar (nach dem besser erhaltenen Exemplar an der unten folgenden Urkunde vom 17. Mai 1258 der N förmige [schmaleggische] Doppelhaken); Umschrift: + S . EBERARDI . CANO(n)ICI . CONSTANCIENSis. 3) Das Siegel des Schenken Heinrich von Schmalegg. 4) Das runde Siegel des Schenken Konrad von Winterstetten, 55 mm (IV. C.): Im rechts geneigten Schild ein N förmiger Doppelhaken, auf dem linken Obereck ein Topfhelm, darauf ein menschlicher Kopf mit Büffelhörnern, jedes Horn mit sechs Pfauenfedern besteckt, zwischen den Hörnern zwei waagrechte Stäbe mit Lindenblättern, Beizeichen rechts: die Sonne, links: der zunehmende Mond; Umschrift: + . *Sigillum* . CONRadi . PINCERNE . DE . WINTERSTETEN. 5) Das schildförmige Siegel des Kämmerers Heinrich von Bienburg, 53,45 mm (IV. A. 1): Schwebend ein schreitender Leopard, darunter als Beizeichen ein Stern, Umschrift: + *Sigillum* HAINRICI . CAMERARII . DE . . . ENBVRC.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 523 U 2638

Editionen:

Württembergische Jahrbücher (1827), S. 192 (Auszug).

Regesten:

Stälin: Württembergische Geschichte, Bd. 2, S. 638.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Weißenuau

Aussteller:

Heinrich; Schenk von Schmalegg

Ortsindex:

Augsburg, A
 Berg Wohnplatz (19217)
 Berg, RV
 Biberach an der Riß Wohnplatz (17113)
 Biberach an der Riß, BC
 Bitzenhofen Wohnplatz (18149)
 Bitzenhofen, Oberteuringen, FN
 Blitzenreute : Fronreute RV
 Blitzenreute Wohnplatz (20992)
 Bussen Wohnplatz (17717)
 Bussen, Uttenweiler, BC
 Emmelhofen Wohnplatz (19316)
 Emmelhofen, Bodnegg, RV
 Engetsweiler Wohnplatz (20361)
 Engetsweiler, Wangen im Allgäu, RV
 Engetweiler Wohnplatz (19273)
 Engetweiler, Bergatreute, RV
 Ertingen Wohnplatz (17264)
 Ertingen, BC
 Großtobel, Berg, RV, A
 Grüningen Wohnplatz (17484)
 Grüningen, Riedlingen, BC
 Haslachburg Wüstung (24132)
 Haslachburg, Weingarten, RV, W
 Heimhofen, Grünenbach, LI
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Krachensvels
 Liebenau Wohnplatz (18075)
 Liebenau, Meckenbeuren, FN
 Neufrach Wohnplatz (18250)
 Neufrach, Salem, FN
 Oberschach Wohnplatz (20107)
 Oberschach, Ravensburg, RV

Oberwagenbach Wohnplatz (19362)
 Oberwagenbach, Bodnegg, RV
 Ravensburg Wohnplatz (20120)
 Ravensburg, RV
 Reute Wohnplatz (20585)
 Reute, Wilhelmsdorf, RV
 Sarchenweiler Wüstung (24060)
 Sarchenweiler, Bad Waldsee, RV, W
 Schloss Zeil : Reichenhofen, Leutkirch im Allgäu RV
 Schloss Zeil Wohnplatz (19930)
 Schmalegg : Ravensburg RV
 Schmalegg Wohnplatz (20127)
 Unterwagenbach Wohnplatz (19381)
 Unterwagenbach, Bodnegg, RV
 Urlaub Wohnplatz (19962)
 Urlaub, Leutkirch im Allgäu, RV
 Weiler
 Weißenau Wohnplatz (20163)
 Weißenau, Ravensburg, RV
 Winterstettenstadt : Ingoldingen BC
 Winterstettenstadt Wohnplatz (17302)
 Zogenweiler Wohnplatz (20987)
 Zogenweiler, Horgenzell, RV